

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CXXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](#)

Capitulorum majoris Ecclesie & sancti Germani nec non Gardiani prefati petii communiri & communitam prefatis Abbatii & fratribus assignauit. Acta sunt hec anno domini M. CC. LIX. VI. & V. Kal. Julii.

(L. S.)                    (L. S.)                    (L. S.)                    (L. S.)



### CXXXVII.

CONRADUS COMES Friburgensis ministerialibus et hominibus suis permittit, ut abbatiæ Tennebacensi bona sua libere conferant.

A N N O   M C C L I X.

*Ex Tabulario Tennebacensi.*

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Amen. Ego Cunradus Comes de Friburch. omnibus tam futuris. quam presentibus. hanc paginam inspecturis salutem. & notitiam hujus rei. Cum omnis salus hominum. a Creatore querenda sit vniuersorum. nos pro statu Corporum. ac salute animarum. nostri videlicet omniumque progenitorum nostrorum ipsum Clementem Dominum in servis suis. qui die noctuque sibi servient: Digne duximus honorandum. Religiosis ergo viris. Domino Abbatii & Conventui de Tennibach. quos in Domino. & propter Domi-

num diligimus. hanc fecimus gratiam. & dedimus libertatem. ut quid-  
quid ministeriales & homines nostri de rebus suis mobilibus vel immobi-  
libus in Elemosinam pro remedio animarum contulerint eisdem. vel in  
morte legauerint. in presentiarum & in posterum. tanquam per nos fa-  
ctum. ratum maneat & inconuulsum. Ne autem hec nostre constitu-  
tionis gratia. aut per nos. aut per posteros infringi forte valeat. presentem  
paginam sigillo nostro fecimus confirmari. Acta sunt hec anno ab in-  
carnatione Domini M. CC. quinquagesimo nono.

## CXXXVIII.

RUDOLPHI I. MARCHIONIS DONATIO MONASTERIO  
LUCIDÆ VALLIS FACTA.

A N N O      M C C L X .

*Ex Gamansii Manuscripto.*

**R**udolphus Dei gratia, Marchio de Baden, omnibus hoc scriptum  
intuentibus, gestæ rei notitiam atque fidem; cum in officiis  
charitatis, illis primo loco teneamus obnoxii, a quibus nos cognoscimus  
secundum carnis propaginem descendisse, seu etiam, a quibus sentimus,  
nobis beneficia provenisse; Dignum duximus, ea memoriae commen-  
danda, sane volentes ex hoc tam ætati, quæ nunc est, quam posterita-  
ti futuræ lucide declarari, quod cum nos ex exequiis bonæ memoriae

G g 2